



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

De Sathanæ temptationibus circa salutem acquirendam. tit. 164

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

Christum. Et hanc disciplinam exigit Deus etiam ab infidelibus, & præmijs corporalibus adornat, sicut Exo. 1. de obstetricibus, & eriam punit, sicut patet in Pharaone, qui submergitur, Exod. 14. cō quod ipse submersit contra præceptum Dei Exod. 20. Non occides.

Secundò, Homo habet animam. Et est nouus hominibus & secundum animam per fidem est sanctificata & iustificata, & habet iam ex gratia promissionis salutem æternam propter Christum, ita quod opus non habet iustificationem hanc querere a legis operibus. Est enim sibi Christus, iustitia, sanctificatio, & redemptio, 1. Corinth. 1. In illius gratia vivit & consolatur. Et sic anima per fidem iustificata, iam non est sub lege, sed sub gratia Christi, per quam credit saluari, Acto. 15. & iustificari, a disciplina legis peruenit ad conscientiam, quæ sanatur sanguine Christi.

Tertiò, seruat tamen homo iustificatus hanc disciplinam legis, cæremoniarum, cultuum, religionum, &cet. Primo, ad cohibendam carnem, quia lex pædagogus est, Galat. 3. Secundò, ad ordinem virtutum. Corinth. 14. Omnia in nobis fiant ordine & honeste. Tertiò, sunt media per quæ & apprehendimus & retinemus Christi dona Marc. 1. Pœnitentia, & credite Euangelio. Quartò, etiam Deus egregijs præmijs illa ornat spiritualiter & corporaliter, sicut patet in promissionibus legis, Exod. 20. Deuteronom. 28. Levit. 26. Qui ergo iuxta corpus volunt esse liberi, & non sub lege, illi peccant in Deum & superioritatem. Propterea admonemur 1. Petr. 2. Subditi estote omni humanæ creaturæ &c.

DE SATHANAE TENTA-

tionibus circa salutem acquirendam

TITVLVS CLXIV.

PRIMÒ

RIMÒ, sathanas inimicus nostrus sit. P  
tis, plurimum laborat, ut nos impedit  
a salute: ideo aliquos sic tentat, via-  
ciat eos minus securos tanquam ne  
possent damnari, quia credunt Christum,  
pro eis natum & passum. Et hoc sufficiat illis  
sine omni additione operum, semper id iustantes,  
sola fides saluat, &c. nec volunt audire, si quid il-  
lis dictum fuerit de operibus bonis. Illi non putant  
se posse damnari. Anabaptistæ dicunt, se non posse  
peccare. Alij putant, se operibus sufficienter meru-  
isse vitam æternam. Hæc omnia tela & tentamenta  
sunt à sathanæ: contra illa dixit David Psalm. 147.  
Non intres in iudicium cum seruo tuo Dominc. &c.  
**Cor. 4.** Nihil mihi conscius sum, &c. Vana igitur illa  
fiducia est de Christo.

Secundò Apostolus dicit **I. Ioann. 3.** Si cor nostrum  
nos non reprehenderit, tunc fiduciam habemus ad  
Deum &c. Sed quis gloriabitur se mundum habere  
cor, siue sit Anabaptista, vel Luteranus, aut iustifi-  
carius? Ideo licet hoc certum sit, quod peccatum remit-  
titur propter sanguinem propitiatoris Christi, ta-  
men ut quis dicat, Credo certò mihi esse remissa pe-  
ccata, non habens infirmitatis & conditionis suer-  
tionem, id est, non putans se indigere operum & fra-  
ctuum pœnitentiæ, sed solùm esse iustum hac fide,  
quia credit sibi remitti peccata propter sanguinem  
Christi, iudicio magis temerario, quam scriptura au-  
thoritate fallitur. Nam vtrunque connectit Christus  
**Marc. 1.** Pœnitemini & credite Euangeliu. Maxime  
ergo cauenda est hæc carnalis securitas & fiducia.

Tertio sunt, quos Sathan per contrarium mindus  
vexat in conscientijs, quod maior illorum sit ini-  
quitas, quam gratia & misericordia Dei, sicut erat  
peccatum Cain, Gen. 4. Iudæ, Matthæ. 26. & 27. &c. he  
desperant. Contra quos loquitur Apostolus Rom. 5.

Graua

Iratia superabundat peccato. Nihil est in mundo,  
quod sit supra Deum. Deus est Dominus peccati, &  
Christus vicit peccatum, Ioan. 16. Cōfidite, quoniam  
egovi peccatum. Sic illi ex desperatione nullum  
volunt facere opus bonum, & cāt. dicentes: Ego da-  
nius sum, ad quid laborem?

Quarto, Media igitur ac moderata fiducia ince-  
dendum est. Non reijcere opera, quoniā media sunt,  
per quae Deus distribuit vitam, & non sine his me-  
diis, sed postquam illa fecerimus, adhuc dicamus,  
Luc 17. Serui inutiles sumus, quod debuimus facere  
ac. Subinde non desperemus, quoniā Christus mor-  
tuus est pro peccatis nostris, Roman. 4. & resurrexit  
propter iustificationē nostram. Et Daudī dicit Psal.  
51. Cor contritum & cāt. Et sic inter præsumptio-  
nem fiduciae sanctorum, & desperationem de venia,  
incedamus recta & media'via, etiam si opera non ha-  
bent effectuam dignitatem ad merendum. Habent  
tamen promissum ex gratia præmium in hac & post  
hanc vitam.

## LEGEM ATQUE PRAECE-

pta Dei an homoservare posse.

## TITVLVS CLXV.

**D**RIMÒ, Lex est doctrina præcipiens, qua-  
les nos esse, quid facere, & quid omit-  
tere debeamus, perfectam requirens in-  
tus in voluntate & mente, & foris in ope-  
re obedientiam. Nam lex dicit Deut. 27.  
Maledictus, qui non permanserit &c, sicut igitur an-  
gen in celo Deo perfectè obediunt, sic lex requirit  
consentientem animam. Romano. 7. Lex spiritualis  
est, &c, id est, nedum operibus extēnis, sed etiam in-  
ternis motibus debet impleri. Deuter. 6. Diliges Do-  
minus Deum tuum ex rotō corde tuo, &c.  
Secundo, si vires naturæ nostriæ opprēssæ peccato  
respici...